

1771.

1. Brucknerus, Wilhelm Hieronymus, D.D. Iur... Secundus:
Programma: De jure Romanis iuribusque valde
imperfecto, nisi predicto motu factandi causas
in iusticiis, quem hodiernum processum iuris vocant;
occasione Dissertationis salutis ... ab .. Arnoldo
Hunico de Möller ... defenduntur
2. Ester, Iacobus Georgius: Vindicatione secundam liberta-
tem ecclesiasticarum Romanarum postulatae a pontifi-
cice Romano contra appellaciones ad ejus legatos
supremumque tribunal Romanum, quod rotam
vocant.
3. Ester, Iacobus Georgius: De jure primi fori sive
beneficio primae instantiae ordinibus imperii
perfecte plenarie importando nec restricto post-
hac praeficiendo.
4. Heimbrygus, Iacobus Corp: De jure creditorum, facta emione,
et versus tertium competente.

1741.

5. Heinsburgius, Dr. Cusp., Fac. iur. Decanus: Programma: De appellatione et jurisdictione superiorum, de cuius iure monium constat, facta; auxiliarii. Insertiones ... Brandenb. Heyneckeri - praemissum

6. Herkelinus, Dr. Fredericus, Fac. iur. senior: Proclus
scad: De analogia iuris vere Germanici, per antiquas fabulas hanc conurbandas, qua et prelectiones suas aestivas ... iuritiae.

7. Schierensius, Dr. Fust: De imputacione culparis
extra contractus emphybenses, societas et mercatus.

8. 2. Semif. Febr. Michael Gottlieb: Utrum valeat lex lamento
extra territorium suum oblatum? ... quod Dr. Fr. amandus Troutman. Diputatio gratulatoria
1. Budens, Christ. Gottl! Dr. Dominus maris fuerit vulgo

lacus Bodamicus.

2. Iohs, Dr. Georgius: Omnes laudemini depositum, quod sicut
lione Imp. Coriolanus VII cap. 1582 et cap. XVII § 19 cont

1741. 9. Waldbius, Anna Georgius: Ne Tito, 2020 apostolico

- 12
3. Heimbürger, Dr. Corp: Difficillima emancipacionis
Romana et Germanicae capita
4. Hertelius, Dr. Fridericus: Programma: Denunciatio
juris et justitiae ... Friderici Iacob. Botti ...
Dissertationi auspiciata ... praemissum.
5. Hertelius, Dr. Fridericus: Encyclopedie iuris. ad leges
Romanas et Gallicas
6. Hertelius, Dr. Fridericus: Programma iuris: de fabris
fortunae ... tract. Erdmanni Schmidtii ...
dissertationi auspiciata ... praemissum.
7. Hertelius, Dr. Fridericus: Programma iuris: De immenso
juris Ptolemy ... Ioannis Christophori Weyelin ...
dissertationi auspiciata ... praemissum.
8. Schaumburg, Ioann. Gottfried: De fine fiduciarum
vasallitiae suorum unico justificatorio autem
ex conventione inter dominum et vasallum arbitri
fraria diversis.

1742.

J. Schierschmidius, Tr. Tert. : De tubula occupativa

1741,4
3.
2.
DISSE^TAT^O IN AVGVRALIS IVRIDICA

DE

I V R E C R E D I T O R V M ,
FACTA C E S S I O N E ,
A D V E R S V S T E R T I V M
C O M P E T E N T E ,

QVAM
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIP^E AC DOMINO
DOMINO

S E R N E S T O A V G V S T O

D V C E SAXONIAE I V L I A C I C L I V I A E M O N T I V M
A N G A R I A E W E S T P H A L I A E E T R E L I Q V A S V M M O T O -
T I V S C A E S A R E I E Q V I T A T V S P R A E F E C T O A C L E -
G O N I S P E D E S T R I S A E Q V E A C E Q V E S T R I S
T R I B V N O E O D E M Q V E C A E S A R E O

P R A E S I D E
D N . I O . C A S P . H E I M B U R G I O
P R O F . P A N D . O R D I N . C V R . P R O V . F A C . I V R .
ITEMQVE SCAB. COLLEG. ASSESSORE
P A T R O N O A E T E R N V M D E V E N E R A N D O
P R O G R A D V D O C T O R I S

I N V T R O Q V E I V R E O B T I N E N D O
D . X V I I I . N O V . A . O . R . C I O 1 5 C C X X X I .

H O R I S L O C O Q V E C O N S V E T I S
S O L L E M N I E R V D I T O R V M E X A M I N I S V B M I T T I T

A V C T O R

B R A N D O L P H V S H A G N A V E R V S
A R O V I A - H E L V E T V S .

J E N A E L I T T E R I S F I C K E L S C H E R R I A N I S .



GEORGIO BALTHASARI
HAGNAVERO

MED. DOCTORI

FRATRI SVO INTEGERRIMO

S. P. D.

BRANDOLPHVS HAGNAVERVS.



Inter alia quam plurima Tibi tuoque consilio debeo, quod ante aliquot annos almam hanc Salanam, officinam omnis scientiarum generis optimam, sedem studiorum meorum elegerim. Accurata docendi ratio, a Te maximopere laudata, humanitas Praeceptorum non comparanda, facilitas eos adeundi, du biorumque solutionem ab iis expetendi, studiis meis iuridicis, tunc nouiter coepitis, accedente Summi Numinis

) (z

gratia

gratia, ita insigniter inferuiebant, vt intra tempus, artissimis quamuis limitibus circumscriptum, cursum academicum ad finem perducere exoptatum felicissime potuerim. Ambienti nunc mihi Doctoris honores, specimen aliquod inaugurale elaborandum publiceque defendendum, ex academiae instituto erat suscipiendum. Deliberatione cum Excellentiss. et Consultiss. D.N. P R A E S I D E hac de re inita, quaestionem, in fronte huius diss. conspicientiam, enodandam mihi sumere non dubitaui. Et hoc quidem argumentum in foris nostris, vt et aliis, frequentissimum, utilissimumque, iuribus patriis fere destitutus, maxime ex Romano iure, et subsidiis, quae mihi ad manus erant, explicauit atque illustrauit. Hasce laborum, studiorumque meorum academicorum primitias, quales quales erunt, TIBI, INTEGERRIME FRATER, dicandas consecrandasque existimauit: partim quidem, vt exinde dijudicare queas, in quantum euentus spei respondeat tuae; et partim, vt amorem erga TE singularem, animumque pro quoquis officio, in me collato, gratum publice TIBI exhibeam. Ceterum ardentissimis D E V M imploro precibus, vt in exercenda arte tua medicas Tibi semper largiatur manus, TEque, vt et T V A M mihi quam gratissimam F A M I L I A M ad seros usque annos conseruet superstitem, incolument, felicem. Hisce vale, et, fratrem tuum amando nunquam non perge. Dabam lenae d. XVI. Nou.

CIC.DCC.XXXI.



§. I.



uandoquidem frequens in fo-
ro incidit quaestio, in quan-
tum, cessione facta, tertio
creditor actionem intende-
re queat? accuratius hoc
argumentum sine dubio uti-
lissimum inuestigare, atque cogitata deinde
mea, in disputationem, quam vocant inaugu-
ralem, redigere, publicaeque eruditorum dis-
quisitioni subiicere, operaे pretium esse ex-

Instituti ratio
et def. ces-
sionis bon.

A

istima-

istimau. Et ante omnia quidem de bonorum cessione nonnulla præfari, ipsa instituti nostri ratio exigere videtur. Est autem cesso a) bonorum b) beneficium c) quo debitor sine culpa sua obaeratus omnia bona sponte creditoribus relinquit, vt illis exinde, quantum fieri potest, satisfiat, ipseque a carcere liberetur.

§. II.

a) *Varios vocabuli cessionis significatus vid. in MEIERI coll. iur. argent. lib. XLII. tit. 3. §. 2. BRVNNEM. tr. de cess. act. cap. I. num 1.*

b) *TITIVS in iure priuato lib. X. cap. 5. §. 15.*

c) *Beneficium saepe in iure nostro denotat idem ac privilegium L. 4. D. de constit. princip. Alios beneficii significatus inuenies apud PITISCVM in lex. antiqu. sub voce beneficium. Fleibile beneficium cesso bonorum vocatur in L. 7. C. b. et miserabile L. 8. pr. eod. nec non inuidiosum L. 5. eoa. quia debitor, dum hoc dicitur priuilegio, non prorsus ab obligatione liberatur, sed acquisitis post cessionem bonis, creditoribus adhuc respondere tenetur.*

§. II.

Cum Concursus creditorum sit vniuersale iudicium inter diuersos creditores , eorumque debitorem communem , coram huius iudice competente , eo fine constitutum , vt illis , praeuia liquidatione , iuxta prioritatem , quam deduxerunt , ex debitoris bonis satisfiat , d) et bonis cedens bona sua , quae dissoluendo aeri alieno haud sufficiunt , pluribus creditoribus offerat : dubium non est , quin cessionem concursus sequatur , adeoque illa hunc non-nunquam praecedat . Quemadmodum autem alii quoque dantur modi , quibus concursus excitatur: e) ita dari etiam sine cessione concursum , manifestum est . Ex quo porro consequens est , cessionem a concursu creditorum omnino differre .

A 2

§. III.

d) SALGADO de SOMOTZA . in labyr. cred. part I. cap. I. num. 1.

e) RODRIGUEZ . de concurs. cred. part. I. num. 2. 3.
BRVNNE M. tract. de concurs. cred. cap. I. §. 1.

§. III.

De culpa ce-
dentes sum-
marie cognos-
citur.

Cum cessio praeponit debitorem sine cul-
pa obaeratum: consequens est, vt, debitorem
cessionis beneficium amplectentem, se dolo
culpaue vacuum esse, allegare & probare opor-
teat. Creditores quoque debitorem sua pror-
sus culpa perdidisse patrimonium demonstrare
volentes, vt audiantur, necesse est. f) Quam
quidem controuersiam creditores inter et de-
bitorem exortam summarie a Iudice exami-
nandam atque decidendam esse, pragmatici
contendunt. g)

§. IV.

Disquiritur an-
is, qui partim
culpa, partim
casu bonis la-
pus, cessione
gaudeat.

Alia autem quaestio est, an debitor, qui
partim sua culpa, partim fortunæ iniuria bo-
nis lapsus est, hoc beneficio dignus iudicetur?

Pragma-

f) §. fin. I. de replicat. STRECK. disp. de cess. bon.
famam non suggill. §. 16.

g) GYLMANNVS. in Sympb. tom. I. part III. vot.

23. num. 15.

Pragmatici putant, hac in re iudicis esse officium, ut omnes circumstantias accurate compleatur, indageturque, an culpa debitoris admodum praeponderet. Quae quidem facti cognitio imprimitis debitoris assiduitatem vel negligenciam, itemque mutuum contrahendi facilitatem rem obiectam ponit, efficitque, ut debitori, qui culpa magis sua, quam aliis casibus in grande aes alienum incidit, cessio abiudicetur: iura enim iis modo, in quos culpa non cadit, subuenire exploratum est h).

§. V.

Ex cessionis proprietatibus elucet, eadem defungi debitores obaeratos posse. Aere autem alieno laborant non modo priuati, sed etiam vniuersitates, collegia, aliaque corpora licita, ideoque et coetus illi et singula illorum

Vniuersitas
et singula
cius mem-
bra cessione
vtuntur.

A 3 mem-

h) HEIG. part. I. qu. 35. num. 49. & seqq. coll. iur. argent. tit. de cess. bon. §. 6.

membra , quoties ob vniuersitatis debitum iis lis infertur , ad hoc cessionis beneficium admittuntur : priuatorum enim iura etiam vniuersitatibus competit ⁱ⁾ , siveque hae ex cessione id commodum consequuntur , vt ab importunis creditorum sollicitationibus liberentur ^{k)} .

§. VI.

Solutio dubii.

E quidem plane frustraneum videtur , vt singulis , quando ex vniuersitatis debito in ius vocantur , cessionis beneficium adscribatur , cum singuli id , quod vniuersitas debet , non debent ^{l)} . Verum vti vniuersitas se ipsam , et singula saepe membra pro debito obligare solet ^{m)} : ita

i) L. 16. ff. de V. S.

k) MEIER coll. iur. argendor. lib. XLII. tit. 3. §. 3. n. 6.

l) L. 7. §. 1. ff. quod cuiusque vniuersit. nomine CARPOV. part. II. conf. 6. def. 24. GROTIUS de iur. B. & P. lib. III. cap. 2. n. 1.

m) STRECKER diff. de cess. bon. fam. non suggill. §. n.

ita in posteriori specie etiam singuli pro debito
vniuersitatis recte conueniri , ipsique non so-
lum, sed et eorum bona, pro eiusmodi debiti
solutione impetranda , arresto seu detentione
grauari queunt n). Ex quibus patet , singulis
vniuersitatis membris, si pro vniuersitate in so-
lidum se obligarunt , hoc beneficium omnino
prodeſſe.

§. VII.

Id quaesitu haud indignum, an cessionis be-
neſicium ad peregrinos quoque pertineat? Equi-
dem Romano iure, minimum antiquo , cef-
ſio, quae in numerum facultatum ciuibus pro-
prialrum referebatur o), peregrinis non compe-
tit: quoniam ciuitatis Romanae iuribus care-
bant, eorumque incapaces iudicabantur p).

Cum

Rom.iur.cef-
ſio peregr.
non comp.
hodie datur.

n) VOET. comment. ad D. lib. III. tit. 4. n. 4.

GROENEW. ad L. 7. D. tit. quod cuiusque no-
mine.

o) L. 4. C. qui bon. ced. poſſ.

p) HEINECC. in antiqu. rom. lib. I. append. §.
CXXXVII.

Cum vero moribus nostris differentias illas ciues inter et peregrinos sublatas esse, satis constet q): sane quin in peregrinos aequae ac ciues hoc beneficium collocetur, dubitandum non est.

§. VIII.

Nisi obstet
ius retorsio-
nis.

Quodsi ex consuetudine aliae lege municipali exteri ab hoc excluduntur beneficio, noua exoritur quaestio, an pariter ciues illius universitatis a cessione iure retorsionis arceri queant? Et putem, aequitatis regulis nihil magis esse consentaneum, quam quod idem ius in peregrinos statuatur, quo ipsis in ciues nostros vntuntur, ideoque non habent, de quo conquerantur, si retorsionis iure cessionis beneficium ipsis negatur r).

§. IX.

Vel illi re-
nuntiatum
sit.

Huic autem iuri retorsionis se abdicare nemo prohibetur: nam ius retorsionis in eo constituit,

q) V o e t. ad D. b. t. n. 2.

r) H v b. p raelect. ad D. tit. quod quisque iuris in alt. §. 8.

stis, ut diuersa iura ciuilia diuersarum prouinciarum aduersus illarum ciues et incolas authoritate magistratus exerceantur, et quidem eiusdem inter aequales iuris conseruandi gratias). Ex quo, ciues huic commodo, quod in fauorem eorum introductum est, renuntiare posse t), facili negotio intelligitur: facultate siquidem vti et non vti cuique liberum est.

§. X.

Ex eo autem, quod cessione bonorum vtens omnia sua bona relinquere creditoribus teneatur, conficitur: debitorem, si modo vnam vel aliam rem immobilem cedere paratus est, ad cessionem haud admitti u). Idem ex aliis quoque rationibus euincere contendunt juris Interpretes: nimirum creditores executionem, in

B quae

Qui vnam vel
alteram rem
modo offert,
ad cess. non
admittitur.

s) L VDOVICI in compend. ad D. tit. quod quisque iuris in alt. stat. §. 2. Ill. BOEHMER in introd. ad D. eod. tit. §. 5.

t) L. 29. C. de pactis L. 41. D. de min. Nou. 136. c. 1.

u) L. 4. C. qui bon. ced. poss. L. 12. C. de obl. & act.

quae bona velint, petendi ex lege habent facultatem x), quae certe ipsis auferretur, si debitori saltem vnam vel aliam rem immobilem creditoribus offerendi ius et potestas esset. y)

§. XI.

Cessio, re
aliqua celata,
nulla est.

Quodsi debitor, se omnia bona indicasse, simulet, sed nonnulla tamen celauerit, rata non est cessio, sed nulla potius reputatur, irritaque. z) Nec dubium est, quin commodis, quae alias cum cessione coniuncta sunt, debitor omnino priuetur. a)

§. XII.

Ad eam ne-
mo cogitur.

Quim cessione sit beneficium in debitorum gratiam introductum: facile patet, ad eandem debitores minime compelli. Cessionis enim,

quae

x) L. 8. de distract. pign.

y) CARPZ. part. I. cons. 32. def. 9. num. 6. RICHTER de concursi cred. cap. I. num. 58.

z) SALGADO de SOMOTZA in labyr. cred. part. I. cap. I. num. 13.

a) BALDWIN. in L. f. C. qui bon. ced. poss. n. 8.

quae beneficij species est, natura haud fert, ut ea invito obtrudatur. b) Et praeterea nolentem ad id, ut amplectatur priuilegium, adigere, ab expressis plane legibus alienum est. c)

§. XIII.

Ex eodem principio colligitur, debitores omnino, invitis etiam creditoribus, hoc yti beneficio. Facultates enim ex lege competentes alicui negari auferrique iura non patiuntur. Leges etiam, quae debitoribus hoc cessionis indulgent auxilium, praeclaris innituntur rationibus, quarum quidem praecipua fere est, quod ex hoc beneficio creditores plane iacturam non ferant, dum debitores ad hoc beneficium confuentes poenam in obaeratos debitores statutam modo auertunt, sua autem bona nihilominus relinquere creditoribus tenentur. Poenam autem et, quae ex ea dependent, incom-

B 2 moda,

Inuitis cas
men credi
toribus fieri
potest.

Ratio.

b) L. 69. D. de reg. iur.

c) H.v.B. prael. ad tit. de cess. bon. §. 3.

moda, vti ab Imperantibus boni publici causa
praescribi, ita et , aequitate suadente , remit-
ti posse, nemo inficias ibit. Hanc igitur remis-
sionem quin Legislatores in certis speciebus iu-
re impertiantur debitoribus , minime est dubi-
tandum. Plures in hanc rem collegit rationes
BEIERVS, d) quas tamen non omnes nostras
facimus.

§. XIII.

Salvo eorum
iure aduerso
fideiuss.

Debitores, postquam bona sua in credito-
res transtulerunt , eatenus ab obligatione libe-
rantur , vt creditores , donec alia bona acqui-
sierint , actionem non amplius ipsis intende-
re queant. e) Quae quidem exceptio similiter
fideiussoribus competere videtur , cum certi iu-
ris sit, accessorie obligatos exceptionibus, quae
debitori principali competit , vti omnino
posse.

d) in disp. de cess. bon. tb. 35. et 36.

e) §. vlt. I. de act. L. 4. pr. D. de cess. bon. L. 7. in
f. C. qui bon. ced. poss. L. 3. C. de bon. auth. ind.
poss.

posse. f) Quemadmodum autem vtrumque
commodum quod ex cessione debitores habent,
personale est: ita fideiussoribus cessionis a de-
bitore factae exceptio merito negatur. g) Quod-
si enim ipsam liberationem, quam ex cessione
debitores consequuntur, spectamus, ea non
prorsus perimit obligationem, h) sed sistit mo-
do, suspenditque, donec ad meliorem debitor
perueniat fortunam, vltiores actiones, quas
alias creditores instituere aduersus eundem non
impedirentur. Qua quidem ratione debitori
tantum Leges consulere voluerunt, sicque fide-
iussori cesio vtilitatem adferre non potest, sed
potius fideiussor factae a debitore cessionis ex-
ceptione vtens, allegatione personalis priuilegii
per modum replicae allata, repellitur.

B 3

§. XIV.

f) L. 2. ff. de pecul. leg. §. vlt. 1. de replicat.

g) §. vlt. cit. de replicat.

h) L. 1. C. qui bon. ced. poss.

§. XIV.

Cedens bona
tradere debet.

Debitor bonis cedens res ad se pertinentes, vt suis relinquat creditoribus , necesse est, id que fit ea ratione, vt in manus Iudicis vel sequestris ea transferantur. Sola igitur oblatio verbis modo facta non sufficit. Eiusmodi enim declaratio, quae cum bonorum traditione coniuncta non est, simulata atque fraudulenta, vt quidem putant pragmatici , omnino praesumitur. i)

§. XV.

Permissa cre-
ditoribus in-
quisitione.

Quae quidem fraus debitorum vt euitetur, Imperatorum placitis omnium, quae in patrimonio debitoris sunt, iusta conceditur inquisitio, k) qua quidem instituta, perscrutari debitoris facultates, sicque sibi ex omni parte consulere creditores queunt. Ex eadem ratione vt debitor, bonis cedere volens, inuentarium aut juratam specificationem exhibeat, et ita, omnia bona

i) BRVNNE M. de conc. cred. cap. I. §. 6.

k) L. 3. C. qui bon. ced. poss.

* * * * *

15

bona a se tradita esse, fidem creditoribus faciat,
necessæ est. l)

§. XVI.

Cum bonis ii modo cedant, quorum
substantia alieno aeri dissoluendo non suf-
ficit: facile est intellectu inter illam et volun-
tariam in solutum dationem, quippe quae vi-
cem emtionis sustinet, m) discrimen omnino
versari: haec enim in eo consistit, ut debitor
loco rei, quae debetur, aliam in creditorem,
eumque consentientem, eo animo transferat, ut
obligatio prorsus extinguitur. n) In cessione
autem molestiarum euitandarum gratia o) bona
creditoribus relinquuntur, ipseque debitor ob-
liga-

Difer. cess.
dar. in sol.
vol.

l) arg. L. 22. §. 10. C. de iure delib. SCHWENDEND.

ad FIBIG. pag. 950.

m) L. 4. C. de eniēt. BERG. aetcon. iur. lib. III. tit. 15.

§. 2. vot. 11.

n) LAVT. coll. theoret. pract. tit. de cess. bon. §. 21.

o) L. 1. C. qui bon. sed. poss.

ligatus manet, et, si postea bona acquirit, a creditoribus iterum conueniri potest. p)

§. XVII.

Iure rom. cessione fit in iud.
et extra iud.,
agnito tamen
debito.

Cessionem tam in iudicio, quam extra iudicium fieri posse ex legibus constat: q) sufficit enim sola voluntatis declaratio quomodo cumque facta. r) Tenendum autem debitorem tunc demum ad hanc admitti declarationem, si debitum fatetur: s) ne creditor, qui, facta cessione, solidum consecutus non est, nouam actionem aduersus debitorem, postquam is ad meliorem fortunam rediit, instituere necesse habeat, t) sed potius, ut sententia in debitorem, qui debitum iam confessus est, executioni detur, impetrare queat.

§. XVIII.

p) L. 6. D. de cess. bon.

q) L. vlt. D. de cess. bon.

r) L. 6. C. qui bon. ced. poss.

s) L. 8. D. de cess. bon.

t) HVB. prael. ad D. tit. de cess. bon. §. 2.

§. XVIII.

Nec dubium est, quin debitor, etiam post iudicis sententiam, cessionem amplecti queat: An post sent. et rem iud. cessio admittatur.
 in quam rem respondit **VLPIANVS u**) qui credit bonis, inquit, antequam debitum agnoscat, condemnetur, vel in iure confiteatur, audiri non debet. Ex quibus colligitur, sententiam, qua debitor soluere iussus est, tametsi decendio iani sit confirmata, impedimento non esse, quominus debitor cessionis gaudeat beneficio. Idque ICti responsum, principum firmari placitis, certissimum est. **x)** Caeterum quaestionem, an hodie post rem iudicatam cessioni sit locus? nonnulli quidem in dubium vocant, eamque nostris moribus post rem iudicatam difficilius admitti existimant. **y)**

C

§. XIX.

u) *L. pen. D. de cess. bon.*

x) *L. i. C. qui bon. ced. pess.*

y) *VOET. in comment. ad D. lib. XLII. tit. 3.*

§. 3.

§. XIX.

An post execut. Quemadmodum autem litium ambages, quibus expensae nimis augentur, euitari creditorum omnino interest: ita debitorem ante executionem hoc vti beneficio oportet. z)

§. XX.

Quomodo hodie cessione fieri debeat. Diximus, actum, quo debitor se cessionis vti velle beneficio declarat, non tantum coram magistratu, sed etiam per epistolam vel nuntium Romano iure fieri potuisse. Hodie autem iure solam voluntatis professionem non sufficere pragmatici contendunt, Principis rescriptum desiderantes, quo, praevia caussae cognitione, praesente debitore et creditoribus in ius vocatis, hanc cessionem solemni confirmare modo ordinarius iudex iubeatur. a) Evidem fa-

teor,

z) SCHWENDEND. ad FIBIG. proc. cap. 2. pag. 949.

a) SIMON van LEVW. in censur. forens. lib. IV. cap. 46. num. 1. GROENENW. de Leg. abrog. ad L. 6. C. qui bon. ced. poss. pag. 266.

teor, frequentiorem eam quidem esse, quae
in iudicio peragitur, illa, qua extra ius bono-
rum suscipitur professio: cum plerumque de-
bitores per literas apud iudicem, se bonis cedere
velle, declarare, posteaque creditores per edi-
ctum conuocari solent. b) Verum, quod abesse
a cessione rescriptum Principis non queat, ex
Germaniae iuribus tueri non ausim.

§. XXI.

Apud BERNATES debitor per literas supplices
iudici oblatas, ut ad cessionem bonorum admit-
tatur, petere iubetur: quo facto, iudici, causa co-
gnita, pro potentis voluntate decernere integ-
rum est. c) Cessio illa quibusdam locis ob-
lato bonorum dicitur, et hinc quoque ipsum
processum concursus creditorum, qui a debito-

Et inde pa-
trio.

C 2 re

b) STRYK. vs. mod. tit. de cess. bon. §. 3.

c) Ampl. SAM. MVTACH. in seinem Unterricht von
Gerichts- und Recht- Sachen p. 116. Add. der
Stadt Bern Sachung. fol. 208.

re bonis cedente excitatur, vocant den Oblations-Procesſ. d)

§. XXII.

Communio
ex cess. ori-
tur, quae se
exerit ratio-
ne credito-
rum.

Quemadmodum autem eo fine cedens in iudi-
cem vel sequestrem bona transfert, ut solutionem
exinde consequantur creditores: ita cessione fa-
cta, bona quidem ab his occupari non possunt; ve-
rum communio saltet bonorum ad debitorem
pertinet.

d) LUDOVICI concursus-Procesſ. cap. 1. §. 2. p. 2. Alibi
processus concursus vocatur der gant-Procesſ; ubi gant
nihil aliud denotat quam distractionem, vel publicam
auctiōnem. vid. BE SOLD. in theſ. iur. sub voce gant.
SEIDEL. in spec. sub voce gant. In aliis locis dicitur
cridae processus, quia hic creditores per edictalem cita-
tionem conuocantur: cridae enim nihil aliud sunt, quam
proclamationes, quae per praeconem fūnt. CAROLVS
du FRESNE in glossario sub voce cridae: FRANZK.
lib. 2. refol. 9. num. 21. Vocis originem si species, ea a
vocabulo Gallorum crīee appellatur, quod praeconium vel
proclamationem denotat. CAROLVS du FRESNE cit.
loc. Ex quibus lucem capit introitus sententiārum loca-
tionis: in cridae und Erstigkeit Sachen.

* * * * *

21

pertinentium inter eos exoritur. e) Ea tamen iuriū, quae creditores ante cessionem in bona debitoris habuerunt, differentiam non tollit; sed cuique potius praelationis priuilegium saluum integrumque manet. In eo igitur communionis effectus consistunt, ut nemini, inuito altero, ex bonis, quibus se debitor abdicauit, solutio fieri queat, omnesque aequale habeant ius, donec lata super prioritate fuerit sententia. f)

§. XXIII.

Nec leges patiuntur, ut iudicis factum huic communioni officiat. Quodsi enim ille, nondum finita creditorum disceptatione, vni aliquid adiudicet, ea alienatio omni prorsus caret effectu, meritoque irrita iudicatur. g)

§. XXIV.

Dominium autem creditoribus in obaerati debitoris patrimonium competens a condomi-

C 3 nio,

Ac a condominio differt.

e) M E V. part. II. decif. 345. num. 8. et part. V. decif. 124.
num. 2.

f) M E V. cit. loc. num. 1.

g) BRVNNE M. ad L. 6. ff. de reb. autb. iud. poss. num. 6.

nio, quod alias ex singulari titulo pluribus acquiritur, admodum differt: plures enim creditores, ut illas res, quibus cessione debitor se abdicavit, sibi retineant, vel inter se diuidant, cessionis non fert natura, sed potius res illas vendi, atque pretia inde redacta, habita semper praelationis ratione, diuidi inter creditores oportet. h)

§. XXV.

Nou. discr.
inter cess. et
dat. in solut.
ostenditur.

Ex quo nouum apparet inter cessionem et dationem in solutum discriminem, de quo praecipiunt Legislatores DIOCLETIANVS et MAXIMIANVS. i) Creditor enim, dum res certa ipsi a debitore in solutum datur, dominium et cum eo liberam rem retinendi et de ea disponendi facultatem nanciscitur, atque in diuisionem, aliudue de praelatione certamen cum aliis creditoribus instituendum non vocatur, k) adeo

vt

h) STRVV. exerc. XLIV. ad D. tit. de cess. bon. §. 31.

i) L. 4. C. qui bon. ced. poss.

k) VOET. in comment. ad D. tit. de cess. bon. §. 8.

vt nec creditor, si rem in solutum datam postea pluris vendiderit, id, quod excedit debiti summam, reddere debitori teneatur. Nec creditor, si rem in solutum traditam minori pretio vendit, aut si res penes ipsum remanens deteriorata est, contra eum, a quo res in solutum data, ad sarcendum illud damnum experiri potest. l) Quae quidem omnia in cessione aliter se habere, satis constat.

§. XXVI.

Ceterum vti cessio debitores praeponit, qui ad solutionem creditoribus praestandam minus idonei sunt: ita nunc disputare, quis soluendo esse dicatur, ordo seriesque argumenti nostri postulat. Et quidem is soluendo esse dicitur, qui solidum soluere potest. m) Cumque per solidum, omne id, quod in obligatione est, intelligatur: satis liquet, eum modo esse soluendo,

cuius

Connexio et
explicatio L.
114. de V. S.

l) arg. L. pen. C. de solut. RITTERSHVS. ad nou. part. 3. cap. 3. num. 19.

m) L. 114. D. de. V. S.

cuius substantia, sub qua etiam nomina aetiuia comprehenduntur, n) alieno aeri dissolvendo sufficit. Siquidem alia ratione solutio non fit, quam si ipsa res, ad quam pactione debitor se obligauit, in creditorem transfertur; cum in eo consistat solutio, ut eius, quod in obligatio- ne est, naturalis fiat praestatio. o)

§. XXVII.

Expl. L. 95.
D. de R. I. et
concil. cum L.
114. D. . de
V. S.

Evidem VLPIANVS, p) nemo dubitat, in-
quit, soluendo videri eum, qui defenditur. Ex
quo consequi videtur, cautionem esse solutio-
nis speciem, eosque etiam soluendo esse censem-
ri, pro quibus fideiussores interuenerunt. Ve-
rum si in speciem, quam in mente habuit ICtus,
rite inquirimus: facile apparet, eam legem non
de debitore ad paratam solutionem obligato
praecipere, sed potius hic speciem praeponi,
vbi missionis in bona euitandae gratia quis pro
alio

n) ALCIATVS ad L. 114. D. de V. S. num. 1. et sqq.

o) L. 49. L. 52. D. de solut. et lib.

p) L. 95. D. de R. I.

* : (o) *

25

alio in iudicio excipit , atque cautionem, sine
qua defensor non admittitur, praestat. Regu-
lam igitur, quae in L. II. D. de V. S. contine-
tur, ex L. 95. D. de R. I. non infirmari , omni-
no patet. q)

§. XXVIII.

Ex quibus consequens est, solutionem haud censeri factam, si a debitore res quidem aliqua, sed non ea, quae debetur, creditori fuerit oblatā. Quodsi ergo debitor ad rem certam tradendam se obstrinxit, ab ea necessitate pretium offerendo non liberatur , sicuti nec a debitore quantitatis, rem tradere parato, obligatio, inuito creditore, dissoluitur. Quae quidem consideratio ostendit , vnum eundemque debitorem diversa contemplatione soluendo et non soluendo esse reputari.

§. XXIX.

Non obstat, quod alias is soluendo habeatur, cui tantum in bonis est, ut creditori satis-

D facere

Quamvis alias
deb. pro solu.
haberi possit.

q) GOTHOFR. in comment. ad tit. D. de V. S.

facere queat. Quamvis enim debitor ad certam quantitatem, soluendamque pecuniam numeratam obligatus, bona possideat, quibus variis dissoluere valet obligationes: tamen si pecunia deest ipsi parata, isque rerum suarum emtorem inuenire non potest, intuitu creditoris, cui quantitatem debet, non soluendo esse iudicatur.

§. XXX.

debitor ex eo,
quod fideiuss.
dedit, soluen-
do esse non
dicitur. Ex dicta lege quoque colligitur, debitorem, cuius obligationem alii accessorie in se receperunt, pro eo, qui soluendo est, non haberi, id que indicat I A V O L E N V S verbis: qui solidum soluere potest. Certe non de fideiussoribus, et, ab his nomen explicari queat, loquitur ICtus, sed modo phrasin ↗ soluendo esse, quatenus ea in debitores conueniat, explicandam sibi sumvit. Quamvis igitur fideiussoribus ampliae sint facultates, ut dubium non sit, quin creditoribus, instituta aduersus illos actione, satisfiat: de debitore tamen, eum soluendo esse, nequaquam dici potest.

§. XXXI.

§. XXXI.

Non soluendo esse dicitur, qui solidum sol- Quis non sol-
uendo esse di-
catur?
uere nequit Sed notandum, hac ex legibus de-
sumta descriptione non omnes species debito-
rum, qui apud iuris interpretes soluendo non
esse dicuntur, comprehendendi. Quamobrem
pragmatici exemplis potius rem explicare ma-
lunt, eosque soluendo non esse tradunt, 1.) qui
bona in loco possident periculo, puta in mon-
tibus vel terris iuxta flumen sitis; 2.) qui mag-
nam pecuniam sub usuris accipiunt, diuque re-
tinent; 3.) quorum omne patrimonium, vel sal-
tem maxima pars ex mercibus constat periculoso-
sis; 4.) qui bona tenent immobilia sterilia vel
inutilia; 5.) qui res quidem possident immobi-
les, sed vilissimas tantum et modicas; 6.) qui
bona habent immobilia extraneo iudici subie-
cta; 7.) qui res quidem tenent immobiles, sed
titulo vel bona fide destituuntur; 8.) de quorum
patrimonio lis iam est in iudicio mota; 9.) qui
patrimonium pro maiori parte iam obligarunt,
ut, deducto debito, cuius quidem ratione pig-
nus

nus est datum, reddere id, quod reliquis creditoribus debent, non queant; 10.) qui apud hostes in custodia tenentur. r)

§. XXXII.

Varii modi,
quibus, an aliquis non solvendo sit, exploratur.
Modi quoque, quibus explorantur circumstantiae, quae aliquem non solvendo esse ostendunt, itidem a pragmaticis vulgo plures recensentur. Et quidem primo loco collocant notorietatem, quam in eo constare existimant, si vel omnibus in vicinia notum et manifestum sit, debitorem ab inopia vexari, vel ipse ad iudicem citatus, bonaque sua indicare iussus, mediante iuramento, se bonis, in quae executio fieri queat, carere profiteatur, atque deinde vxor vel familia, itemque vicini desuper interrogati respondeant, de bonis, ex quibus pignora capiantur, sibi non constare; 2.) cessionem quoque bonorum indicium inopiae certissimum esse contendunt; 3.) nota huius rei propria

r) VINCENTIVS GAROCIVS. in tract. de excuss.
bon. pag. 339. et segg.

propria ipsis videtur, si debitor per iudicem iam excusus, minusque idoneus repertus est; nec minus 4.) vtrum aliquis soluendo sit nec ne, sic inuestigari tradunt, si duo executores eum in finem, vt debitoris bona perscrutentur, missi, nulla adesse bona, vel non sufficere solutioni creditorum, renuntiant; 5.) denique aliam adhuc, qua debitoris bona explorentur, praescribunt rationem. Putant nimirum iudicem vel etiam executorem, vt a reo bona, in quae quidem executio peragenda, exhibeantur atque manifestentur, imperare posse, posteaque debitorem, si bona ostendere non valeat, in eorum numerum, qui soluendo non sunt, merito referri. s)

§. XXXIII.

Ex eo quoque, 6.) quod principalem non esse soluendo in iudicio fideiussor confiteatur, simili-
ter debitoris inopiam colligi posse euincunt.
Quibus addunt 7.) rei euidentiam, ex eo, quod

D 3 debi-

Alii adhuc a-
lios modos
addunt.

s) COLERV. *process. execut. part. I. cap. 10. num. 385.*
et seqq.

debitor ostiatim mendicet, facile ostendendam. Quin idem esse putant, si mortuus est principalis debitor, eiusque haereditatem adire nemo audet, vel notorietas ex ipsis actis intelligitur, vel debitor soluere aut cauere iussus, neutrum praestare valet, vel rixosus aut potens est, aut bona habet in potentiores alienata. t)

§. XXXIV.

An super his
modis sent.
interlocut. fe-
renda sit. Sunt praeterea, qui de omnibus his modis a iudice ferri sententiam debere, admodum urgent. A quibus alii diuortium faciunt, sententias, quippe quae illiquidum praeponerent, frustra plane de notorio dici existimantes. u) Alii hanc quidem controversiam non nisi seruata distinctione aliqua dirimi posse contendunt. Putant enim in iis modo casibus, vbi notorietas, debitorem non esse soluendo, sine hominis facto haberi non queat, iudicis omnino requiri sententiam. Quodsi autem notorietas per se et sine

t) BERLICHIVS. part. II. conclus. 25. num. 143. et seqq.

u) arg. L. vlt. C. de compensat.

* : (o) : *

31

sine facto hominis, puta ex cessione vel iuramenti paupertatis praestatione constaret, iudicis decretum frustra desiderari. x)

§. XXXV.

Evidem pragmatici, dum explicant, quis non soluendo sit, modosque, quibus iudex, hanc debitoris qualitatem inuestigaturus, ut debeat, varia adhuc tradunt. Verum ut peculiarem haec res tractationem desiderat: ita ex professo de hoc argumento agere ab instituti nostri ratione alienum est. Cum enim in praesentia de iure saltem, quod creditoribus, facta cessione, competit, differere apud animum induximus, id maxime nobis indagandum est, an, cessione facta, debitor pro eo, qui soluendo non est, legibus reputetur? Sane si cessionis indolem contemplamur, id quidem affirmare non dubitamus. Fieri enim non potest, ut debitor, cum bonis cedit, obaerati hominis notam, quae nunquam non cum aliqua ignominae

Transitus ad
argum. no-
strum.

x) BERLICHIVS. cit. loc. num. 158. et seqq.

niae specie coniuncta est, effugiat. Deinde ipse non potest non graue damnum incurrire, cum, cessione facta, concursus oriatur, siveque tot impensis, quibus magna plerumque bonorum creditoribus traditorum pars consumitur, ansa praebatur. Ut taceam multa alia incommoda, quae eiusmodi cessionem comitantur. Aut igitur cedens stulte agit, quod quidem non facile praesumitur, aut ex eo ad cessionem proreditur, quia omnibus creditoribus sua bona haud sufficere sibi firmiter persuasum habet. Ex quibus, quin praesumtio, et quidem, ut opinor, maxima oriatur, eum, qui bonis cedit, soluendo non esse, nemo certe dubitabit. y) Qua quidem in re, vti iuris nostri interpretes consentientes habemus: ita quoque ad illam praesumtionem varias, quae nunc sequuntur, quaestiones dijudicabimus.

§. XXXVI.

Fact. cess. ad-

Quibus praemisis iam quaeritur, an facta cessione

y) BRUNNEMANN. in tr. de conc. cred. cap. I. §. 9.
LUDOV. in proc. conc. cap. I. §. 2.

cessione creditor i aduersus fideiussorem experiri
integrum sit? Certe, cum debitor, cessione fa-
cta, non amplius soluendo esse praesumatur,^{z)}
nihil impedit, quominus creditor fideiussori a-
ctionem intendat.

§. XXXVII.

Nec obest, quod, moto concursu, ob litis
pendentiam et caussarum connexionem proces-
sus particulares sistantur, omnesque creditores,
in foro concursus ius suum persequi aduersus
debitorem teneantur. Quamuis enim, moto
concursu, actiones in diuersis foris institutas,
v. g. si debitor ex pactione in loco contractus,
ex hypotheca in loco rei sitae, et ex debito in
loco criminis commissi, fuerit conuentus, ad
forum concursus trahi, certum sit:^{a)} id tamen
ad eas modo actiones, quae debitori sunt in-
tentatae, pertinet, ideoque ad fideiussorem por-

E

rigi

ueris. fidei. da-
tur actio.

^{z)} BRVN NEM. tract. de conc. proc. cap. I. §. 9.

^{a)} L. 1. et 2. ff. de quib. reb. ad eund. iud. L. 10. C. de iud.

M E V. part. VIII. decif. 158. num. 2. et seqq. BRVN NEM.
ad rubr. D. de cess. bon. num. 4.

rigi nequit. Tertio enim, qui in lite communi non versatur, nec prodesse nec obesse litis pendentia potest. b) Quod autem processus concursus fideiussorem non tangat, ex eo apparet, quod nec ipse excitet concursum, nec contra eundem sit excitatus. Accedit, quod concursu iura et actiones, quae extra illum sunt, minime tollantur. c) Et praeterea creditoribus reliquis nullum hac ratione infertur praeiudicium. Igitur nec hi habent, de quo aduersus concreditorem, qui fideiussoribus litem mouet, conquerantur.

§. XXXVIII.

Dicta de fideiussoribus ad corrum debitos quoque pertinent. Quae de fideiussoribus diximus, ea quoque in correo debendi locum inueniunt: in eo enim intercedit inter fideiussorem et correum debendi similitudo, quod uterque creditori sit in solidum obligatus. A creditore igitur, processu

con-

b) LANCELLOTTVS. *de attentatis part. I. cap. I. n. 5. et seqq.*

c) M E V. *part. VII. decif. 22. n. 2.*

concursus pendente, non solum post latam prioritatis sententiam, ex qua eum omne id, quod debetur, non consequi appetet; verum etiam ante sententiam correo debendi iure, meritoque actio infertur. d) Cuius rei ratio, praeter argumenta iam adducta, in eo sita est, quod nec petitione, nec sententia aduersus vnum ex pluribus, quos creditor in solidum sibi obligatos habet, dicta, intuitu reliquorum dissoluatur obligationis vinculum.

§. XXXIX.

An idem obtineat in fideiussore indemnitas, quaestio est? Evidem notissima alias extat regula: fideiussorem indemnitas tunc demum conueniri, si facta est debitoris principalis bonorum excussio. Idque ius, cum ex pacto sit speciatim quæsitum, facta quoque cessione, ipsi competere videtur. Verum ut debitor, moto concursu, soluendo non esse praesumitur: ita fideiussorem quoque indemnitas, antequam

Et ad fideiussorem indemnitas.

E 2 pro-

d) BRVN NEM. tract. de conc. cred. cap. I. §. 9.

processus concursus per sententiam finiatur, conuenire creditor non impeditur. e)

§. XL.

Nec non ad
eos, quibus
iud. certam
rem adiudi-
cauit.

Idem quoque est, si, lata prioritatis sententia, creditori, qui non modo debitorem, sed etiam fideiussorem et correos debendi sibi deuinatos tenet, bona quaedam eo fine, ut in solutum ea accipiat, adiudicantur. Iura enim, quae creditori ex intercessione vel correali obligacione sunt acquisita, eidem a iudice auferri non queunt. f)

§. XLI.

Nisi iuri suo
creditor re-
nanciet.

Aliud est dicendum, si creditor verbis vel facto illam adiudicationem adprobat, in eamque consentit, et sufficienter declarat, quod res, a iudice sibi destinatas, solutionis loco habere, nihilque amplius exigere velit. Quae quidem decla-

e) SALGADO de SOMOTZA in Labyr. cred. part. I.
cap. 17. n. 35. GRATIANVS in addit. ad decif. 25. n. 11.

f) L. fin. D. de pact. MEIERI colleg. argent. tit. de appellat. recip. §. 3. num. 2.

declaratio vti renuntiationem continet: ita, ean-
dem non praesumi, manifestum est. g)

§. XLII.

An fideiussor, si bona, a debitore principali per cessionem in creditores translata, emtorem non inueniunt, instituae actioni opponere excussionis exceptionem valeat? alia quaestio est. Sane si hanc rem legibus metimur, negatiua ve-
rior videtur. Est enim regula iuris certa, exploraque, quod aliud pro alio inuito creditor obtrudi non queat. h) Cum igitur creditores, quibus certa summa debetur, vt in solutum bona accipiant, nulla cogit necessitas: eorum certe petitionem fideiussor, opposita excussionis exceptione, sistere non valet.

§. XLIII.

Finge, magnas esse debitoris facultates, qua-
rum verum pretium summam, quae creditori

E 3 debe-

Etiam si casu
inopinato ali-
enatio impe-
diatur.

g) L. 22. D. de prob. c. 5. X. de renunc.

h) L. 2. §. 1. D. de reb. cred. L. 16. C. de solut. CARPZOV.
lib. V. tit. 9. resp. 99. num. 16.

* * * * *

debetur, ex peritorum iudicio longe excedit, sed ob externum aliquod, idque prorsus inopinatum impedimentum v. gr. grauem inter Principem, statusque prouinciales dissensionem, de qua, an diu duratura sit, merito dubitatur, alienari non posse. Et dicendum videtur, fideiussorem creditoribus, qui in solutum debitoris bona accipere recusant, non teneri: fideiussorem enim, si de hoc facto eo tempore, quo alienae accessit obligationi, cogitasset, fidem suam fuisse interpositurum, probabile non est.i) Verum si penitus rei contemplamur, appareat, casus, qui impedimento est, quominus alienentur bona, debitori modo, vt cessionis auxilium amplecti queat, minime vero fideiussori prodeesse: cum creditor eum in finem praeter debitores alias quoque personas sibi obligare intendit, vt sibi semper ratione crediti consultum sit, periculumque rei amittendae non incurrat. Quibus allata iuris regula non obest: cum factum, quod

i) Arg. L. 5. L. 9. §. 1. D. de trans.

quod supponimus, in numerum eorum, quae non cogitata dici queunt, referri non liceat. Quamuis enim nemo adeo cautus sit, ut omnia, quae modo contingere possunt, praeuideat: sufficit tamen, quod generatim sciat, exploratumque habeat fideiussor, se ideo obligari, ut creditor securitate semper gaudeat. k) Praecipius enim intercessionis finis in eo consistit, ut creditor discriben, in quod forte ex contractu, cum debitore inito, incidere possit, effugere omnibus viribus conetur. Cogitare igitur fideiussor facile potuit, et debuit, varias omnino, quibus debitor minus idoneus reddatur, dari circumstantias.

§. XLIV.

Instas, aequum esse, ut creditor, modo tantum in bonis debitoris sit, ut solutionem exinde sperare queat, tamdiu expectet, donec emitto inueniatur. Verum, sicuti aequitatis non habetur ratio, nisi legibus probata doceatur: ita,

An aequitatis
allegatio ipsi
prodest.

cum

k) WERNER. part. IV. obs. 63. p. 207. VALASC.
conf. 39. n. 5. 6. et seqq.

cum nostro iure creditor tempus, moramque
debitoris expectare non iubetur, aequitatis ob-
tentu is certe repellri a fideiussore minime
potest. 1)

§. XLV.

*Vel aestima-
tio judicialis.*

Neque creditor officit, quod debitoris bo-
na judiciali auctoritate, adhibitisque peritis re-
rum aestimatoribus, taxata sint: salvo enim iure,
creditoribus ex lege quaesito, quin eiusmodi
aestimatio semper fiat, non est dubitandum.
A fideiussore igitur iudicialis aestimationis exce-
ptio frustra creditori obiicitur.

§. XLVI.

*Dub. ex stat.
Bern.*

An statuto, quod, moto concursu, aestima-
tionem bonorum iudiciale imperat, iurisque
aduersus fideiussores competentis mentionem
non facit, actio aduersus eos, qui accessorie ob-
ligati sunt, excludatur? hoc loco inuestigare
placet. Tale statutum apud BERNATES exta-

re
1) HERING. de fideiussoribus part. I. num. 241.

re refert ampl. Dn. SAMUEL MVTACH m) ver-
bis: Damit auch durch gar zu geringe Scha-
zung etc. Evidem verba huius sanctionis credi-
toribus aduersus tertium agendi ius non largiun-
tur, sed iis modo res debitoris, a iuratis taxatori-
bus aestimatas, si earum non inuenitur emtor,
adiudicari iubent, sique iuris sui persecutionem
aduersus fideiussorem negare creditor omnino
videtur. Verum vti ex statuti ratione verbisque
elucet, nihil aliud agi, quam vt debitor vel credi-
tor, aestimatione extra iudicium facta, damnum
non incurrat: ita hac quidem sanctione, quae
strictae interpretationis est, n) actionem credi-
tori aduersus fideiussores minime auferri existi-
mamus.

Solutio.

§. XLVII.

Id tamē fideiussores impetrare queunt, vt
bona, quae iudex creditor iudicauit, distra-

F han-

Fidei., vt deb.
bona distra-
hantur, iure
virget.

m) In tractatu, qui inscribitur: Substanzlicher Unter-
richt von Gerichts- und Rechts-Sachen lib. II. cap. 30. p. 118.

n) Gl. et Dd. in auth. quas actiones C. d. S. S. Eccl.
HARTM. PIST. obseru. 103. num. 8.

hantur, atque hic premium recipere teneatur; modo ea alienatio fieri sine mora et difficultate possit, et fideiussor id, quod deest quantitati debitae, statim addere atque supplere paratus sit: partiam enim solutionem, quae multa secum fert incommoda, accipere creditores non tenentur. o)

§. XLVIII.

An alien. fa-
ciliis sit, iud.
arbitratur.

An bona, creditori adiudicata, ita se habeant, ut facilis negotio alienentur, iudicis arbitrio relinquitur. De qua quidem re ut ex rerum distrahendarum qualitate, aliisque circumstantiis loci, vbi bona sita sunt, p) statuat, necesse est.

§. XLIX.

An fidei., fini-
ta deb.
princip. deb.
excussi., con-
ueniatur?

Et quemadmodum in omni casu, vbi debitor principalis soluendo non est, eius non modo excusso fieri debet, sed et creditori aduersus fideiussores vel hypothecarum possessores in subsidium actio competit: ita indagandum,

vtrum

o) L. 4i. §. i. ff. de usuris. L. 9. C. de solut.

p) HERING. in tract. de fideiuss. cap. XXVII. part. I.
num. 242.

vtrum haec excusso cum ipsa conuentione si-
multaneo processu pertractari, an vero praecise
praecedere debeat? Certe hac in re non omni-
bus ICtis eadem est sententia: alii enim, ante-
quam ad fideiussores deueniatur, praecedere, et
finiri debere debitoris principalis excussionem,
existimant, idque variis rationibus euincere co-
nuntur: aiunt enim 1.) fideiussoris obligationi con-
ditionem, si debitor principalis soluendo non est,
inesse; pendente autem conditione, omnem ob-
ligationem, et sic quoque eam, quae ex fideiussi-
one nascitur, reputari imperfectam q); et cum
sine obligatione in personam actio non detur,
nec creditori aduersus fideiussorem experjundi
copiam dari, sed eum potius, eiusmodi actionem
instituentem, tametsi reus excussionis ex-
ceptionem non vrgeat, a iudice ex officio re-
pelli r); 2.) legibus cautum esse, ne fideiussori,

rationes affir-
mantum.

F 2 ante-

q) L. 213. D. de V. S. L. 43. §. 9. D. de aedilit. ed. L. 3.
§. 5. D. de pign. L. 42. pr. D. de oblig. et act.

r) VINCENT. CAROC. sing. 17. MENOCH. de ar-
bitr. qu. XVI. per totam.

antequam debitor principalis sit excusus, actio intendatur, s.) sicque, si fideiussor, finito nondum aduersus debitorem principalem iudicio, in ius vocetur, iuris ordinem inuerti, ideoque ipsum iudicium merito irritum iudicari; 3.) ius circuitus, actusque frustaneos prorsus abhorre re, quos quidem euitare impossibile esset, si actio primitus fideiussori intenderetur: quoniam ille, omissa excusione, condemnatus in rei iudicatae executione vrgere adhuc excussionis exceptionem potest. t) Ex quibus porro inferunt, excussionem, citato simul fideiussore, aut tertio hypothecae possessore, praecedere, iudicemque, de ea declaratoriam ferre sententiam, teneri.

§. L.

Rationes ne-
gantium.

Alii, negandam esse quaestionem nostram, autumant, eamque in rem sequentibus vtuntur argumentis: I.) exceptionem excussionis plane obli-

s.) vid. Nou. 14. cap. I. collat. cum auth. praesente C. de fideiuss.

t) T R E N T A C. Varior. lib. II. ref. 1. num. 15.

* * * *

obligationis, quippe quae pura, integra et sine conditione existeret, non tangere substantiam, adeoque eadem non impediri, quominus aduersus fideiussorem actio nascatur, et sic, opposita excussionis exceptione, actionis modo exercitium, simulque executionem differri; 2.) mirifice confundi cum fideiussore simplici fideiussorem indemnitatis, cuius obligatio ante conditionis, quae inesset, existentiam nata dici non queat, siveque semper praeponat exceptionem excussionis, eamque etiam post sententiam, ad impediendam eius executionem, tamdiu admittat, donec debitor principalis excussus fuerit; 3.) exceptione excussionis tantum id, quod fideiussoris interest, seruari, idque fieri commode posse, si vterque et debitor principalis et fideiussor eadem sententia, addita tamen conditione, quod ante omnia exuti debitor principalis debeat, a iudice condemetetur.

§. LI.

Nos ad eorum sententiam descendimus, Nostra sententia.
 F 3 qui,

qui , cessione facta, fideiussorem et debitorem principaliter obligatum eodem tempore et simul conueniri posse , tuentur. Legibus enim ob eam causam excussionis exceptio fideiussoribus indulgetur, vt in debitoris facultates, et an ipse soluendo sit, inquire queat. Praeponunt igitur, quaestionem, an debitor soluendo sit? in incerto adhuc versari. Cum vero ante probatum dedimus, cessione facta, omnem in debitore, quod idoneus sit, exulare praesumtionem, ipsamque cessionem potius indicio esse, quod debitoris bona dissoluendo aeri alieno non sufficient : prono certe alueo fluit, in hac quidem specie, ordinis rationem non haberi, sed simul potius lites aduersus debitorem et fideiussorem intentatas pertractari posse.

§. LII.

Cess. facta, hy-
pothecae pos-
sessor conue-
niri potest.

Restat, vt indagemus, an creditori, cessione facta, hypothecae possessoribus actionem intendere, integrum sit? Et putem, id creditori omnino

no

no licere: u) primo enim, creditori hypothecario non modo aduersus debitorem sibi obligatum, sed etiam aduersus hypothecae possessores ius et actionem competere, certum est. Deinde, facta cessione, aduersus debitorem praesumtio, quod soluendo non sit, exoritur. Ex quibus consequens est, hypothecae possessorem, institutam a creditore actionem, declinare non posse.

§. LIII.

Sed quid dicendum, si hypothecae possessor obiicit, debitoris, qui bonis cessit, facultates, omnibus, qui ius hypothecae constitutum habent, sufficere, et creditores quidem hypothecarii id in dubium vocare non audent; sed urgent modo, plures adesse chirographarios, quibus nihil omnino solui queat, nisi hypothecae possessores conueniantur? Sane in hac specie creditores hypothecarii nihil aliud agunt,
quam

Quod? si creditores obiciunt, multos adesse creditores chirogr.

u) LUDOVICI *Concurs. proces. cap. II. §. 7. BRVNNEM.*
proc. concurs. cap. I. §. 9. SALGADO de SAMOTZA.
part. I. cap. XVII. num. 27. et num. 34.

quam ut ius tertio competens fideiussori opponant, sicque, si rem aequitate metimur, merito a limine iudicij repelluntur. x)

§. LIV.

Norma, se-
cund. quam
de iur. cred.
hyp. comp.
iudicatur.

Idem tamen, quod supra de fideiusforibus monuimus, etiam hic obseruandum. Nimirum de iure agendi, creditoribus hypothecariis aduersus fideiussores competente, non ex debitoris facultatibus, sed potius ex facilitate solutionem ex concursu consequendi statuendum est.


§. LV.

Conclusio.

Quamuis interea variae adhuc supersint quaestiones, quae pleniorem merentur indagationem: eas tamen, cum temporis ratio scriptoris nostrae filum abrumpere iubeat, aliis examinandas merito relinquimus.

T A N T V M.

x) L. 4. §. 7. D. si seru. vind.



* * * * *

PRAENOBILISSIMO DOMINO
BRANDOLPHO HAGNAVERO
AVCTORI HVIVS DISSERTATIONIS DOCTISSIMO

S. P. D.

P R A E S E S.

Nouo iam exemplo comprobas eam esse praestantium ingeniorum indolem, ut non solum in rerum contemplatione insigne ponant studium, sed et solertiae et assiduitatis rationes publice reddere, suaque cum aliis communicare nitantur. Mente enim tota omnique animi impetu in rerum bonarum disciplinas per longam annorum seriem incubuisti, atque ita semper in litteris versatus es, ut ea, quae scitu necessaria tibi videbantur, non cursim arriperes, sed intellectu potius consequereris. In iurisprudentia certe praecepta diligentius perscrutari, sive que solide legum doctrinam cognoscere summis viribus contendisti. In quo quidem proposito cum semper permaneres: ea omnino mentem exornasti cognitione, ut in examinibus, quae ex tradita a maioribus consuetudine subiisti, egregie ac pulcherrime steteris. Quamobrem Te, aliis incitamentum industriae futurum, Facultas nostra ad publica admittere specimina non dubitauit. Quemadmodum autem alienum opus tuo diuulgari nomine, religioni duxisti: ita themati dissertationis ipse admouisti mantis remque optato successu et laudabiliter confecisti. Ego sane industriam hac in re tuam omnino egregiam fuisse satis intelligo. Tibi igitur dissertationem a Te conscriptam non mutatam reddo,

G

reddo,

* * () () *

reddo, simulque eandem Tibi ex animo gratulor. Et interea numen supremum veneror, ut nobilissima iuris Dotura in Te mox conferenda felix tibi sit ac fortunata, Tu que felicitate semper utaris florentissima. Vale! Dabam Ienae d. XVI. Nou. MDCCXXXI.

CONSULTISSIMO ATQUE DIGNISSIMO
DOMINO CANDIDATO
S. D. P.

FRIDR. ANDR. GOTTL. GNÜGE
I. V. D.

Diffusa quidem est ac aerumnosa iuris disciplina, attamen parabilis, et culpa, quare tam multi non veram iurisprudentiam, sed eius umbram teneant, eorumque augent ICtorum numerum, quos lepide depinxit A.M. MARCELL. lib. XXX. cap. IV. in eosmet recidit, qui ad album et rubricas se ferunt, siquidem non adhibent ea subsidia, quae aditum ad augustum diuae Themidis templum patefaciunt. TV, AMICORVM OPTIME, rectam iniuisti viam, ac die nocteque conatus es, vt praestans ICtus aliquando non solum habearis, sed et sis, qui grauia obire possit negotia. Industria TVA singularis efficit, vt breuissimo tempore eo peruenieris, quo multis annis vix peruenire aliis licet. Noxia quidem plerumque est nimia festinatio, quique cum L. Crasso apud CICER. lib. III. de orat. existimant, nisi quod quisque cito potuerit, nunquam omnino eum posse perdiscere, maxime falluntur, legantque DIONTSII PETAVII orat. de discendi ratione: at enim vero labor indefensus, sitis exhausti aliquam doctrinam inexplebilis, docile ingenium, acutum iudicium paucis annis progressus admiratione dignos

* * (o) * *

dignos facere , difficultatumque scopulos facile superare possunt . Egregiis his dotibus T E esse roboratum , ego testari possum , quin et debeo , quum in praelectionibus iuris ciuilis per duos annos auditor mihi fueris perquam diligens , et in exercitationibus disputatoriis vna cum aliis commilitonibus , mepraeſide , priuatim institutis ad propositas obiectiones tam acute argute que responderis , vt insignes profectus T V O S sat mirari non potuerim , et iniquus forem , niſi publice profiterer , talem me habuisse auditorem , qualem volui et optare potui . Multa etiam proferre possem de probitate T V A , modestia atque morum concinnitate , quae T E ornant et commendant ; verum nolo modestiae T V A E etiam veriſimilis laudibus molestus esse , inprimis cum satis T E laudet Ordo ICtorum Celeberrimus , siquidem Doctoris titulum ac iura T I B I praebet . Gratulor promerita haec laborum T V O R V M praemita , piisque precibus a diuino numine rogo , vt T E saluum ſospitemque reddat tuis , et , quae ſingi modo poſſint , bonis abundantiffime cumuleret . Etiam atque etiam vale , et mei memor viue .

ADDITIONVM GRATULATORIVM
ET ID FRATERNVM.

Gratulor , an doleam ? quid non tibi scribat o ! F R A T E R ,
Noſter amor , dum Tu culmen honoris adis ?
Si scribo bona verba , ipſis in fauicibus haerent ;
Turbet enim ex alia gaudia parte dolor .
Scindimur officiis , per et interualla locorum ;
Tu lenae flores , me tenet Heluetia .
Scindimur officiis . Vtinam , mi ! F R A T E R , adeſſem ,
Crede mihi , totus ſoluerer ipſe Tibi .
Ergo quid faciam ? me nunc diuulfus ab ipſo ;



Scribere cum cupiam, gaudia scribo mea.
Pugnasti Frater, nunc ornat tempora laurus,
Quam Themidos studium, quam tibi laeta dedit.
Macte tuis laudum titulis, **D V L C I S S I M E**, macte,
Crescit tot donis gloria nostra tuis.
Interea Tu Wedeliosque, Teichmeierosque,
Quid? quod sic nobis Hilscheriosque dabis.
Nec Hambergeros taceo, quos rite salutes,
Plura vel hic splendent Lumina, quae colui.
Nunc tu viue memor Ienense sub aethere nostri;
At propera in patriam, **C H A R E**, redire tuam.
Sic tu maiori spectaberis vsque theatro.
Ut tua Te virtus, sic tuus ornat honor.

Atroniae A. O. R. c. 100000.
Die XII. Cal. Novemb.


Ita tenui arundine canit Dn. Disputantis
ac I.V. Cand. frater unus, idemque haud
fucatus,

G. B. H. med. doct.

Que ferai - je, **M O N S I E U R**, pour
Vous feliciter
De tant de renommée en un combat
aquisie?
Nulle autre chose enfin ne m'est ici per-
misé,
En ce jour solemnel que de Vous ad-
mirer.

L. N. O. E. R.

* * *



X2368854



1741/4

DISSERTATIO IN AVGVRALIS IVRIDICA
DE
**IVRE CREDITORVM,
FACTA CESSIONE,
ADVERSVS TERTIVM
COMPETENTE,**

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
DOMINO

ERNESTO AVGVSTO

DVCE SAXONIAE IULIACI CLIVIAE MONTIVM
ANGARIAE WESTPHALIAE ET RELIQA SVMMO TO-
TIVS CAESAREI EQVITATVS PRAEFECTO AC LE-
GIONIS PEDESTRIS AEQVE AC EQUESTRIS
TRIBVNO EODEM QVE CAESAREO

PRAESIDE
DN. IO. CASP. HEIMBVRGIO
PROF. PAND. ORDIN. CVR. PROV. FAC. IVR.

ITEMQVE SCAB. COLLEG. ASSESSORE
PATRONO AETERNV M DEVENERANDO

PRO GRADV DOCTORIS

IN UTROQVE IVRE OBTINENDO
D. XVIII. NOV. A. O. R. CIO 15 CC XXXXL

HORIS LOCOQVE CONSVETIS

SOLLEMNI ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTIT

AVCTOR

BRANDOLPHVS HAGNAVERVS
AROVIA - HELVETVS.

IENAE LITTERIS FICKELSCHERRIANIS.

